



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXI. Die Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXI. DIE DECEMBERIS.

P. FRANCISCUS
GOMEZ.

Hic verè omnes religiosè, ac dōcē docendi, & persanctē gubernandi artes in genio, modestiā, facilitate, orandi assiduitate coniunxit. Dæmonem aliquando in lectulo suo repertum dicitur humilitate fugasse. Illud illi pium accidit, ac iucundum, quod cūm Cordubensi Collegio præcesset Rector, & ipso Pentecostes die pro atriis diuinum Sacrificium celebraret, super celebrantis caput pulcherrimo candore amabilem Columbam confessisse ferant. Cumque illa inde aspelleretur, illam volatu iterum repetito ad caput P. Francisci rediisse; seque istic, ut prius, blandè collocasse; iecrumque depulsa, tertium istuc reuersam ibidem quieuisse: donec Ioannes de Caizado ædituus, illam è Patris capite accep tam in Sacrario deposituit. Et verò columbinæ omnino simplicitatis inge nium fuisse Francisco ajunt omnes, qui eo, vel Magistro vbi sunt, vel Re store.

P. PETRVS
CANISIVS.

Natus est eo anno, & mense quo S. P. Ignatius vulneratus, à B. V. visitatus, denique conuersus est. Eius Matrem monuit fœmina opinione eximia virtutis vulgo nota, ut illum attente educhret; illum enim referendum in censum religiosæ familie pro dituræ in Ecclesia Dei, eidemque vi-

litates maximas allaturæ. Pro rē Catholica, pro bonis moribus, pro Societate præclaræ gessit apud Principes sacros, & alios, voce, calamo, ac exemplo. In Italia, Austria, Bohemia, Bauaria Societatem doctrinâ suâ, & virtute apprimè ornauit: oblatam sibi à Rege Insulam Viennensem nos admisit: ab aquarum periculo per iter aliquando ab apparente, & mox euangelio Angelo Custode creptus est. Laurentium Surium adolescentem incāutè à Lutheranis seductum ad bonâ mentem reduxit. Anno 1570. ad B. V. Betinganam dæmonem è virginis nobilis corpore, ope Beatiss. Virginis mirificè tortum ea quæ contra Deiparam dixerat recantare coegerit, & abegit. Marci Fuggeri Dynastæ vxor fidei. Lutherana dixit; noctu oblatam sibi Canisii speciem per quietem seque ab illo monitam, ut animæ suæ consuleret. Accersito deinde, visoque Canisio illum euadem fuisse quem somnians vidisset agnouit; & ab eo instructa conuersaque ad fidem, suæ animæ bene consuluit. At Canisium nemo nouerit, nisi vitam illius legat; vbi præter alia, quæ imitationem, admirationemque merentur, obedientię undeque numeris omnibus exaggravata laus reliquias ferè illius laudes, multas licet magnasque, super greffa resplender. Morbus illius, & mors descripta est in pretiosis occupationibus morientium in Societate.

R. ALE-

Hispanus
Calari 10.
Dec. 1623.
x 121 79.
Societ. 17.
em
ti,
go
iss. B.V.
ibi
Eucharist.
Obidens.

Columba.
Columba.
S. P. Ignat.

21. Decemb.
Hispanus
Cordubæ.
176. xrat.
§1. Soc. 17.
alius ponit
10 Dec.
Sacrum.

Columba.

Superior.

Belga Tri burgi. 21.
Dec 1589.
xrat. 77.
Societ. 15.

Societas.

Charit.
Crucifixu.
no Egris.

E

P. ALEXANDER
VOIT.

Germannus
Commoto-
uij. 21 Deo.
1595.

Gratus anni
mrus erga
benef.

Mors.

Hispianus
in noua Hi-
spania. 21.
Dec. 1602.
xrat 75.
Societ. 49.
Superior.

Concioner.

CVM valerer, à modestia, & prudenter cōque singulari apud Proceres gratiā; cūm ægrotaret, ab egregia patientia insignitè laudatus est. Regebat Pragense Collegium cūm Commotouij decessit. De quo (inquit) Pragenses literæ in annum 1593.) mirum quiddam Regni Præfetus, idemque Commotouiensis Collegij Conditor nobis retulit. Eadem nocte quā P. Alexander decessit, per quietem sibi eius speciem oblatham, iubentis eum bono animo esse; se quia parē illi gratiam in hac vita referre non potuerit, certè in Cælo cumulatissimè relaturum. Adeò manet immortaliter viua memoriā beneficiorum in Sociis etiam virtù funtis, quæ certè otiosa non est in Cælo.

P. IOANNES
DE PLAZA.

ARTE, scipsum, Collegia, Nouitios ac Provinciam regendi fuit plānè insignis. Dixit aliquando; se per tres annos à Deo petiisse gratiam, & modum alios aptè coarguendi, ac emendandi. Nihil in illo nucus, aut verborum erat quod iocum, quod aculeum, quod minorem de quopiam existimationem præferret. In concionibus potens, ac solidus, aiebat Angelum Custodem cliente uno à Deo assignato esse contentam; quare Concionatorī quoque sufficere debere paucos auditores. Conciones illius mirum in modum alebant virtutem, cœu solidum alimentum. Sacrum illius audire, erat incendi tantā eius modestiā, reverentiā, lachrymis quæ illi

aliquando verba ipsa interrumpebant. Morborum, ac dolorum plenus, Tu, *Sacrum.* aiebat, percutere me tuo flagello, *Do-* *Morb.* mine, & ego dicam *Miserere.* Per annos integros nec pedes, nec manus, nec caput poterat componere, altero etiam oculo captus, & latet quod oculorum peccata sic expiarer. Si quid virium persentisceret in manibus, conabatur flagello sibi ictus infligere, & cūm non posset, dicebat: Domine, facio quod possum. Magnus Magister spiritus cūm esset, Sanctimonix firmatatem ponebat in obedientia, & oratione, ita ut disciplina domestica sanctè seruetur. Inter multos parum, & nihil nugarum, nihil de ullo non bene dicendum aiebat. Nihil bonæ inspirationis in diem posterum differendum, si hodiè fieri possit, &c.

P. IOANNES
ISENBRANT.

VIR impiger, & promptus ad omnina, licet plurima faceret, se tamen existimabat nil agere. Pridie morbi ultimi ad ægros euocatus, pro more, ibat libenter. Et Socio; Ego inquit, hac nocte benè vigil tantum lumen in cubiculo meo vidi, ut diem illuxisse arbitrarer. quid hoc lumen portendere voluerit, ignoro. Ego sanè in manu Dei sum. Breui morbo ab ægris hausto è vita sublatus, cūm in Sarcophago septem iam, vel octo à morte horis iaceret cadaver, & idem eius socius illac fortè transiret, auditæ sunt claræ, ac distinctæ tanquam viuentis Patris Ioannis voces in hoc verbum tertio repetitæ. *Libenter!* *libenter!* quibus ille verbis, velut antiphonā solemnī singulis Superiorum imperiis respondere solebat, quidquid agere iubetur, dicens *agensque libenter.* Ita hæc, & ex viuī,

& ex mortui P. Ioannis ore audiuit idem frater. P. Francisco Bray etiam viuis paulo post augustiore quadam formā, & ueste immortaliter splendida glorioſus, eundem obeundas breuī moris admonuit: cui etiam euentus respondit.

P. IORDANVS.

CASCINI.

Italus Pa-
normi. 21.
Decemb̄is
1635. etat.
70 Soc. 48.

Humilit.

Angelus.

Obedient.

Belga Au-
domari. 21.
Decemb̄is
1643 etat.
73 Soc. 51.

Morific.

Damen.

CVM Collegia, & Prouincias gubernaret, regebatur aeternis rationibus, non humanis. Humilitate fuit insigni: quā etiam languidos quosdam ad studium virtutis accendit, ad eorum pedes projectus, & supplex in genua. Confessiones pauperum excipiebat perlubenter: ac perspē abliebat illorum pedes, & uestiebat. Aiunt eum, cūm præfasset, ueste sibi detractā pauperem aliquando induisse, Angelo etiam aliquando illā se inter pauperes offerente. Angelus tutelaris cuidam auror fuit ut P. Iordanum ducem sequeretur, & eius sectioni consiliisque parceret.

P. IOANNES

BAPT. WENDELINVS.

AB omni recreatione, ac interspiratione alienus, quā Flandricē dicebat ad concionem: cūm tamen confessiones benē manē audire inciperet; ac Sodalitatem Flandricam per ipsos 25. annos gubernaret. Neminem visitabat, nisi agrum; domi seuerē ad communis ordinis obseruantiam attentus. Nullum diem abire sinebat, quo flagellis in se non saueret. Multi maleficiis, dæmonibusque obnoxij, fassi sunt, se illius confisi liberatos. Eapropter dæmon illum pessimē aliquando toto corpore

concussit, nec priūs illum, quād ille ad Superioris cubiculum (velut ad a-sylum) conuolasset, deseruit. Pudicitia fuit circumspectā valde, licet sead fordes illas diuino munere tam non *Castitas.* proliuem faceretur, vt sibi ipsi faxum ad similia videtur. Perspē rogārat Deum, vt stans in laboribus morte non ignauā moreretur. Et impetravit. Etenim hoc ipso die cūm in Parochiali templo Flandricē ad Populum diceret; lapsus in deliquium, ita ut optaverat in labore ipso requieuerit à laboribus suis: atque ita ut erat concionali, ut aiunt superpellico stolāque (pro more) amictus, magnā Cleri populi-que frequentiā, latē personante omni ære campano, ad Collegium est deportatus.

P. IVDOCVS

ANDRIES.

Ecclasiastæ munere aded valuit ut Belga Br̄k xcellis. 21. Elieēt frequentissimē, audiretur, Decemb̄is, 1658. etat. semper tamen plenum ad non ieiunē dicendum pectus afferret, atque à celebrioribus Vrbibus certatim expetetur. Cūm Gandau de B. Virginis B.V. doloribus per octo dies illi sacros dicceret ad concionem, visa est eius facies quadam luce circumfusa, & quasi radios fundens; idque affirmantibus testibus oculatis & fidem à magna virtute commeritis. Alius eo audio dicebat; mirabilem esse illum Iesuitam qui ad populum dixerit. Vidi enim, *Stella.* aiebat, quasi stellam fulgentem dicentis vertici insidere. Pios libellos plures conscripsit, qui libenter leguntur. Sancti nomen vulgo illi datum. Virginitatem perpetuam fidelis custos magnā oculorum modestiā, omnis fœmineæ familiaritatis fugā, orandi ac se afflictandi affiditatem circumsepsit. Paupertas illi arcta, nitida, & ad

VVV minima

Mortif.

minima quæque cauenda intenta.
Inedia crebra, etiam cùm quotidie
concionem haberet. Cilicum aspectu
quoque horridum. Flagra vel intra
diem vnicum non semel repetita, qui-

bus in se adeò sanguine af-
fluenter maderer, cubiculumque per-
spergeret; noctu quoque sanguine in se
auditus,

XXII. DIE DECEMBRIS.

P. IOANNES
ROGERIVS.

22. Decemb.
Hispanus
Calari 1609
xstat. 30.
Societ. 15.

B V.

Humili.

ATeneris Deiparæ deuotus, ante
initam Societatem voto se in
obsequium Virginis Matris ob-
strinxit. Reperra est scheda, in qua
conceptis verbis votum suum descrip-
serat; nihil se eorum vñquam deneg-
aturum, quæ à se B. Virginis inter-
posito nomine efflagitarentur, si posset
annuere. In studendo, & aliis quæ-
cumque occurrebant officiis fuit assi-
dus; & multa in Deiparæ honorem,
velut apis argumentosæ eruditè colle-
gerat quibus eius mors lucem inuidit.
Humilitate fuit tantus, vt quemad-
modum superbiæ Angelus Coadiuto-
ribus tentatis persuader, vt ad Sacer-
dotum dignitatem aspirent; ita illi
humillimæ Virginis Matris amor at-
que humilitas persuaserit vt apud Su-
periores enixè contendenter in Coadi-
utorum album adscribi, & abiectissi-
mis ac difficillimis quibusque labori-
bus admoueri.

Anglus L. 6
dini. 22.
Decembbris
1642. xstat.
42. Soc. 19.

P. THOMAS
HOLLANDVS.

MOrum elegantia, ac virtute in
placido ingenio magis gratia &
enitescente fuit eximius. Puer olim in
Audomarensi ephebio cùm Sodalium
Deiparæ albo esset inscriptus, cum

duobus aliis è Parthenio illo cœtu in B V.

præstitutum locum conueniebat. Ibi
preces ad cœli Augustam fusæ, habi-

Humil.

taque de illâ pia colloquia. Tum in

eiusdem Virginis honorem ea humili-
tatis exercitatio est inita, vt vicissim

Pia coll-

ter alterum commonefaceret de er-
ratis, si quidpiam in Socio aduer-
set. In Societate quoque tantâ polle-

quia.

bat gratia & eruditione in serendis

Mortificat.

diuinis colloquiis, vt conflatus è spiritu,

Fides.

& Bibliotheca librorum Spiritualium di-

Amor Dik

ceretur. Cùm iuuenes in Seminario

regeret, illos præclarè in spiritu edu-
cabat, & persæpè pro salute illorum

de

flagis accipiebat. In Anglia totus li-
cet in Catholicorum salutem esset in-

tentus, ramen dexteritate mirâ se ab
hæreticis tuebatur, alium pro alio sci-
te simulans, citrâ mendacium. Lon-

de

dini ab Apostola fidei proditus, 14.

Fides.

Octobris tentus, postea capititis dam-
natus est, Iudice ipso diserte fasso pro

tribunali palam: nihil criminis illum
habere quād sit Sacerdos Catholicus.

de

Auditâ capitali sententiâ Thomas lætere respondit: *Deo gratias!* In car-
cere autem, Socios ad *Te Deum lauda-*